



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

§. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916

bonos aliquos bolos hic proponemus, ad maius
nostrum solatium & commodum.

§. I.

CVIDAM nobilis personæ tertianæ febri labo- *Salmant. 19.*
ranti has scripsit sententias: Sancta Gertrudis in *Aug. 1574.*
quadam exstasi, diuinitus fuit edo & ta Deum D.N.
qui summa est bonitas, eodem amore, quo homi-
nem condidit, dispensare, ac disponere, quæcunq;
illi mittit, tam aduersa, quam prospera, in vtrisq;
respiciens maius illius bonum. Ex quo sancta illa
deducebat: valde cæcos illos esse, qui non dele-
etantur, ac se valde fœlices iudicant, cum talia i-
pis ex amore adeò intenso proueniunt. Tu autē,
bone Domine, non ex illis cæcis es; sed (quæ ma-
gna est Dei bonitas) ex benè ab ipsomet edocis;
vt ex hac tantæ lætitiae materia intelligas, te ab i-
psō amari, & amicè ac benevolè tractari; & seue-
ras hasce febres argumentum reputes teneræ gra-
tiarum actionis: siquidē habet aliquid eius amo-
ris, quem S. Laurentius ostendit erga Deum, cum
ipsam craticulam, in qua vrebatur, conuertit in
laudes Dei, dicens: *assatus, Domine, tibi gratias a-*
go. Ago & ego illas infinitæ charitati: quod te ita
præuenerit in benedictionibus dulcedinis, vt in
hac probatione fidelis inueniaris. Cuidam alteri *Salmant. 1.*
valde illustri in eundem sensum scripsit. Magnū, *Martij 1576.*
inquit, indicium, quod statio ista tua Deo placeat,
est pax & tranquillitas, quam ipse in ea tibi dat,
adeo continuatam, vt quasi centrum tuum esse vi-
deatur. Gratissimus nuncius fuit mihi, optanti, te
in omnibus gubernari regula adeò infallibili:
quod si hanc stellam tanquam polum sequaris, ex
omnibus calamitatibus fœliciter licebit exire:
ne

ne possint villa aduersa solidum tuum solatum diluere, idque meritò: nam, cui Deus oculos aperit ad discernendum, quantum bonum in ipso habeat; etiam aperit, ut eodem lumine, videat, quantum valeant & aestimari debeant omnia poenalia & aduersa; & agnoscat, ea esse instar velocium Postarum, quibus ingentia spatia, quae inter animas & ipsum interiacent, velocissimè percurruntur; & eum, qui dicat ea esse impedimenta ac progressum retardare; iniuria afficere diuinam prouidentiam, si quis enim proficere cupit, eiique placere, quem meritò debet plus quam se ipsum amare: meritò etiam occasiones illas desiderabit, in quibus ei placere possit: quae occasionses cum sint eventus illi, quos cæcus mundus infelicitates, infortunia, & genera appellat; ea ipse talia non iudicabit; sed Dei studia & fauores in se reputabit, & quidem eo maiores, quo illa grauiora erunt.

CVIDAM Religioso hæc scripsit: corporis laborem & maiorum adhuc animæ sustinet R. V. vtrumq; à Dei dulcedine ita ordinatum, ut ipsum met Deum tecum habeas. Memini Christum D. N.S. Gertrudi aliquando dixisse: quando animam quampiam virtutibus vacuam videbat, se ad eam deduci, eò quod eius delitiae sint esse cum filiis hominum, quos in corpore doloribus & tribulationibus, in spiritu vero turbationibus repleret, & quidem interdum multò grauioribus, quam essent priores, vt viam venturo ipsi sternant; & ad afflictam animam vocent, excitatis ad ipsum Deum clamoribus, cum antea nec voces essent, nec a Psal 33.19. sensus; alt enim Scriptura: a prope esse Dominum ijs,

ijjs, qui tribulato sunt corde, & ipse met dixit : b cum ^{b Psal. 90.}
ipso sum in tribulatione. Hæc est pressuræ tuæ cau-^{15.}
fa, non odium ; non abiectione est benevolentia
Dei, sed eius dulcedinis amplexus ; qui eò maio-
ri debet esse venerationi, quod strictor est, & com-
pressior : hoc enim indicium est, quo ipsæ crea-
turæ inter se mutuum amorem manifestant. Si tua
crescit ærumna; crescat & fides in Deum, quæ ad-
feret sanitatem : ita enim Apostolus de alijs infir-
mis benè credentibus : c Hebra. II.
firmitate : Non volet Dominus botrum adeò im-
maturum decerpere, quem pro sua oblectatione
condidit. Quod si purè ob ipsius obsequium viue-
re optas: tunc potes id desiderare, ac petere : non
enim ex eo offenditur Dominus, sed complacet
sibi. Eadem quoque sanctæ Gertrudi dixit: quod
pietas amoris sui, quo animarum salutem deside-
rabat, ipsum cogebat, tāquam obsequium ipsum
met quærendi, acceptare iustorum desideria, qui-
bus non inordinate aliqua propria bona quære-
rent : & si qui corporis morbis aut spiritus deso-
latione, aut similibus alijs pressuris grauati, sa-
nitatem desiderant, aut eiusmodi calamitatibus
liberari: ego, vt iuxta magnitudinem amoris, quo
illos prosequor, copiosissimè remunerem eorum
desideria, reputo, quasi me ipsum quærant. O ver-
ba cordialis verè consolationis, pro eo qui sentit
in se, quod ab ipso audiuit : compatrior, quod in
isto sis statu, expertus sum enim, quanta sit ho-
minum imbecillitas cum Deus illos proprijs vi-
ribus relinquit, vt clarissimè deprehendant,
quā parum sine eo possint, quem, vt sibi ipsis
innitantur, deserunt: Cūm igitur ego ad portas
mortis

mortis peruererim , sicut tu , viuo tamen : redreas & tu ad te ipsum , vineque confidens , quod poteris esse sicut ego ; & vites habere adhuc maiores : respira & te ipsum consolare , sciens ad sanitatem & alia , quae desideras , citius , & cum maiori tua voluptate impetranda , illud esse aptum medium , ut cum Deo te geras reue-renter , liberaliter & ingenuè te liberae eius voluntati ac nutui tradens : nam donec Deus id à te obtineat , scito , ipsum permisurum , ut ad mortis portas proximè accedas ; quem si resignatum viderit , & promptum ac paratum : audiens ipsius Dei responsum sicut Abraham audierat Angeli , cum extendit manum & arripuit gladium , ut immolaret filium suum : cùm dixit : non extendas manum tuam super puerum non enim aliud querebat Deus , quam tuam probare fidelitatem , quam cùm iam videt , iubet , filio prætermisso , victimam offerre ex ariete , quem coram te habes . Nouerat benè Deus , absque tali probatione , quo usque Abrahami fidelitas esset progressura ; sed ipse non sciuisset , an tantam haberet virtutem , nisi Deus ad extremum illud perduxisset ; nec tantum fuisset ipsi ex filio solatium , si parcum se tardumque erga Deum exhibuisset ; & aliquid ex parte sua prætermissee , quod ad eius obsequium facere potuisset , qui adeò benignè ac liberaliter filium ipsi superstitem , & cum tanta gloria sua reliquisset . Nullum , mihi crede , aptius inuenies compendium , quo ab ista pressura expediaris ; nec magis ad tuum palatum , quando sanitas redierit . Projicias te clavis , ut dicitur , oculis in manus Dei , in quibus

Gen. 22. 10.

quibus tutus omnino eris, quod non tibi male cedet: siquidem illae, ut temporaneam & aeternam tibi requiem promerentur, voluerunt cruci configi.

§. II.

BINAS alias scripsit valde pias de eodem ^{22. Maij.} argumento ad duas nobiles Dominas. Ad al- ^{1572.} teram haec dicit: In tuis literis legi multas ærumnas, quibus premeris; & credidi plures adhuc esse ac grauiores, quam illæ sint, quas insinuasti: si enim exprimi potuissent, non censerentur valde graues. Memineris: dulcedinem, quam à Deo speras, hanc & similes alias habere qualitates, quæ eius magnitudinem præstantiamque ostendant. Spectaculum (ait S. Augustinus.) sperant iusti se visuros, tantam in se continens dulcedinem, ut licet magnam esse cogitari possit: quam tamen magna sit, aseque non liceat. Nescio, quid dicam de tot ærumnis, quas Deus in te accumulat: nisi illud Dauidis, qui de eo dicit: *a congregans sicut in vtre a-* ^{a Psal. 32. 7.} *quas maris: ponens in thesauris abyssos.* Sicut enim tantam aquarum multitudinem in utrem, vas adeò paruum, infundit: ita ingentem rerum multitudinem in animam; singulas ex se quidem insipidas; sed alteram altera amariorem: & in his ait ponere D E V M abyssos thesaurorum suorum. Thesauros vocat consilia sua, arcana sua, & dispositiones non satis à nobis intellectas, quibus vtitur ad nos promouendos in bonum, & animas nostras perficiendas, & meritæ talia consilia vocantur earum thesauri: quia ab eis